

15. *Virumq; igitur rectè & verè dicitur: Deus nos salvos facit per baptismum: Tit. 3. v. 5. Et Baptismus nos salvat. 1. Pet. 3. v. 21.*

16. *Substantia Baptismi consistit in aqua & in illa actione, & in illis verbis: Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Sp. sancti.*

17. *Exorcismus liberè omittitur, & liberè potest usurpari: modò absit opinio cultus & necessitatis.*

18. *Non igitur debent damnari Ecclesiæ propter exorcismum, sive omissum, sive usurpatum.*

---

*DISPUTATIO XXIII.  
DE SACRA DOMINI COENA.  
THESIS I.*

**S**acramentarii licet diversum prorsus à nobis sentiant, id tamen agunt, ut idem nobiscum loqui videantur.

2. *Qui cothurni non decent Christianos.*

3. *Primò igitur, verba institutionis debent esse & manere fundamentum, norma & regula doctrinæ de Cœna Domini: Nec quærenda vel admittenda sunt alia peregrina fundamenta.*

4. *Vera autem & substantialis præsentia corporis & sanguinis Christi in actione Cœnæ, quæ juxta institutionem in his terris celebratur, verbis illis traditur & asseveratur.*

5. *Unde sequitur: Christum substantiâ sui*

*H 5*

*cor-*